



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 12. Joannis Arrogoniæ Regis obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A. C. 1479.

§. XII.

Joannis Arragoniæ Regis obitus

Marian hist.
Hisp l. 4. c. 18
Surita l. 20.
6, 27.

Hoc anno in Mense Januario Barcinæ Joannes Arragoniæ Rex extremum clausit diem, postquam ferme octogimum secundum ætatis suæ annum expleverat. Post ejus obitum agi cœpit est de pace Lusitanos inter & Castellanos: Joannes enim, postquam quinquaginta tribus annis Navarræ, & vix non viginti duobus Arragoniæ imperium habebat, testamenti tabulis Ferdinando Arragoniæ Regni hæredem scripsit, Navarræ autem sceptrum Eleonoræ filie suæ Comitis Fuxi viduæ reliquit. Post hæc ita constitutis pax rediit, tandemque firmata est, indefessa opera ac studio Beatricis, quæ erat magna auctoritate & virique prudentia percelebris scœmina, mater non Isabellæ matertera, & Joannis Lusitanæ Principis socrus. Referunt Historici, inter pacis conditiones hæc fuisse præcipuas I. Alphonsus Lusitanæ Regis Castellæ Regis nomine, regiisque insignibus abstineret, II. Ferdinandus titulum Lusitanæ Regis, quem eodem tempore sibi attribuebat, deponeret; nec Joannem amplius se Reginam vel Principem appellari pateretur; III. Alphonsus vero Joannem conjugem duceret Isabellam natu matris

re^{ra} Ferdinandi filiam, & Joanna conu-
biali foedere Joanni Asturiæ Principi jun-
geretur; cum vero hic, ejusque soror
adhucdum teneræ essent ætatis, ambo
curæ Beatricis committerentur, donec
ad nuptias maturi fierent.

Sæcul. XV.

A.C. 1479.

§. XIII.

Pax Castellanos inter & Lusitanos.

Alia adhuc sanciebatur pacis conditio,
qua cautum, quod si forte Joanna
apta Viro, Joanni nubere recusaret, an-
nuam ex Castellæ regno centum millium
Duplionum (*) pensionem, vel Tarensem
urbem cum adjacentibus terris acciperet,
si vero neutram harum conditionum
ratam haberet, quoddam monasterium
ex illis quinque, quæ in concordie ta-
bulis expressa erant, ingrederetur. Joan-
na omni spe ad coronam dejecta clau-
stri solitudinem selegit, & Conimbricæ
in asceterio Virginum S. Claræ sacrum
habitum suscepit, ac postea perpetua vo-
torum sponsione se Deo adstrinxit, ubi e-
tiam cum ingenti pietatis laude plures an-
nos transegit.

Marian. ib.

Taro

§. XIV.

(*) Est nummus Hispanorum aureus vulgo
Pistol. vocatus, qui quatuor nostrorum Impe-
rialium valorem adæquat.

B 2